Universitätsbibliothek Paderborn

Adversvs Omnia Catabaptistarvm Prava Dogmata Heinrychi Bullingeri lib. IIII

Bullinger, Heinrich

Tigvri, 1535

VD16 B 9759

Quid boni habeat catabaptismus

urn:nbn:de:hbz:466:1-35433

Visual Library

contra eos, quare concluſiones aliquot contra eorum doctrinam quam bona pars eorum habet annotatam. Nam contra impios & blaſphemos qui ſcripturas reijciunt, dæmones & impios uita æterna donant, qui Chriſti diuinitatem negant, publica & ingentia ſcelera ſine pudore patrant, quid opus eſſet ſcribere? Sed ordine iam concluſiones meas enumerabo.

CONCLVSIONES CONTRA DOctrinam Catabaptiſtarum quam ferè omnes habent.

II. TRACT.

1. Spiritus, qui contra ingenium ſpiritus qui in ſcripturis ſacris loquitur, pugnat, ex patre ueritatis non eſt, ſed ex patre mendaciorum diabolo.
2. Nemo unquam ſanctorum ſeſe in officium prædicandi publicum ingeſsit, aut ui intruſit, ſed tum demum, quum à Deo miſſus, ab apoſtolis aut eccleſia electus fuit.
3. Chriſtus & apoſtoli propter res terrenas & externas nunquam turbarunt eccleſias, ſed pacem eccleſiarum in primis curarunt. Adparet ergo tumultuoſos eſſe, mendaces, & hæreticos, qui bene conſtitutas & pacatas eccleſias propter has turbant & ſcindunt.
4. Nec minus falſi ſunt prophetæ, qui nō ſine blaſphemia